



MONVMENTA VIAEQVE

In honorem et memoriam Iohannis Ørberg

Historia testis temporum, lux veritatis, vita memoriae, magistra vitae, nuntia vetustatis (Cic. *De or.* 2, 9, 36)

Longum iter est per praecepta, breve et efficax per exempla (Sen. *Ep. ad Luc.* 6, 5)

Romae, a die IX ad diem XVI m. Iulii a. MMX



Cum Academiae *Vivarii novi* sodales Romam, in Urbem aeternam, haud ita pridem Lares transtulissent, non abs re novum ibidem instituere conventum iudicarunt, qui esset cum de viis rationibusque linguae Latinae docendae efficacioribus reddendis, tum etiam de litterarum operibus eorumque momento ad iuvenum potissimum animos informandos totamque hominum societatem pro virili iuvandam.

Mane igitur, plerumque in Academiae *Vivarii novi* sede, methodi excutientur ac monstrabuntur docendi sive recentiores sive vetustiores et iam ab humanistis, qui dicuntur, in usum inductae. Post meridiem vero, saepe in magnificentissimis villis renascentium artium aetate aedificatis, de litterarum monumentis disputabitur ipsorumque scriptorum sive antiquiorum sive recentiorum opera excutientur.

Nam, ut Iohannes Caselius belle scripsit, hinc *adolescens ingenuus, ingenio abundans, et vestigiis ducis periti ingrediens, non solum sermonem Romanum plene cognoscere, sed et sublimiora perdiscere bene poterit; illinc pro certo habemus nihil esse in natura rerum, quod ita mores erudiat, ut litterarum studia, nihil tam in omnes partes fusas utilitates habere, quam humanitatem et doctrinam.*

Vide:

[ordinem rerum agendarum](#)

[indicia conventus](#)

situm retialem: www.monumentaviaeque.eu



ORDO RERVM AGENDARVM

Veneris die IX m. Iulii

Participes in Academiam *Vivarii novi* recipientur (quae secus viam a Conrado Barbagallo sita est, in aedibus numero XX signatis).

13.00: Prandium

14.30: Participes Academiam Lyncaeorum petent

15,15: Lustrabitur Academia et bibliotheca

17.00: In villa Farnesina inaugurabitur conventus

Orationes aditiales et seminaria: **NVLLIVS IVRARE IN VERBA MAGISTRI:** *“Non norma, sed germen”*: *omissa sterili ac pedisequa antiquorum imitatione, fecundam et vivam humanitatem colendam.*

Nulla disputationum argutia, nulla verborum lenitas, nulla nominum nos tangat auctoritas: homines fuerunt, quantum humana inquisitione fieri potuit et notitia rerum docti et eloquio clari et naturali ingenio felices, sed caecorum in morem sepe lapsi, sepe ad lapidem offendentes. (Petrarca Ep. Fam. 1, 4)

20.30: Participes ad Academiam *Vivarii novi* redibunt

21.00: Cena

22.00: Conventus Horatianus et Catullianus edetur

Saturni die X m. Iulii

8.00 - 8.45: Ientaculum

9.00 – 10.00: Seminaria (sessio prima)

10.10 – 11.10: Seminaria (sessio secunda)

11.10 – 11.40: Pausa

11.40 – 12.40: Seminaria (sessio tertia)

13.00: Prandium

14.30: Participes villam Mediceam petent

Seminaria: **PRAESIDIUM ARCIS:** *Quomodo quantumque disciplinae liberales et honesta studia iuvenum animos custodiant.*

Cupiditatum aliae, subnascentes propter inscitiam educationis multae validaeque fiunt; denique occupant iuvenilis animi arcem, vacuam esse animadvertentes disciplinis et studiis honestis et sentiis veris, quae optima praesides custodesque sunt in hominum piorum mentibus (Plat. Resp. 560b)

15.30-16.30 – Seminaria (sessio quarta)

16.40-17.40 – Seminaria (sessio quinta)

17.40-18.10 – Pausa

18.10-19.10 – Seminaria (sessio sexta)

19.20-20.20 – Seminaria (sessio septima)

20.30 – Cena in villa Medicea apponetur

21.30 – Conventus modorum classicorum edetur

22.30 – Participes ad Academiam *Vivarii novi* redibunt



Dominico die XI m. Iulii

8.00 - 8.45: Ientaculum
9.00 -10.00: Seminaria (sessio prima)
10.10-11.10: Seminaria (sessio secunda)
11.10 -11.40: Pausa
11.40-12.40: Seminaria (sessio tertia)
13.00: Prandium
14.30 – 15.30: Sessio de arte metrica et musica
15.45 – Participes Ostiam petent
16.45-19.30: Lustrabuntur Ostiae parietinae
20.00: Cena
21.30: Spectaculum edetur in theatro Ostiensi
22.30: Participes in Academiam *Vivarii novi* redibunt

Lunae die XII m. Iulii

8.00 - 8.45: Ientaculum
9.00 -10.00: Seminaria (sessio prima)
10.10-11.10: Seminaria (sessio secunda)
11.10 -11.40: Pausa
11.40-12.40: Seminaria (sessio tertia)
13.00: Prandium
15.00 – Participes villam a Sciarra nuncupatam petent
16.00: Institutum Italo-Germanicum lustrabitur

Seminaria: **GIGANTVM HVMERIS INSIDENTES: *Historia radix vitae.***

Dicebat Bernardus Carnotensis nos esse quasi nanos gigantum humeris insidentes, ut possimus plura eis et remotiora videre, non utique proprii visus acumine, aut eminentia corporis, sed quia in altum subvehimur et extollimur magnitudine gigantea (Iohann. Sarisb. Metal. PL 199, 900c)

16.30-17.30: Seminaria (sessio quarta)
17.30-18.00: Pausa
18.00-19.00: Seminaria (sessio quinta)
19.10-20.10: Seminaria (sessio sexta)
20.20: Participes in Academiam *Vivarii novi* redibunt
21.00: Cena
22.00: Pellicula de Controversia Vallisoletana monstrabitur (a Iohanne Daniele Verhaeghe et Iohanne Claudio Carrière confecta).

Martis die XIII m. Iulii

8.00 - 8.45: Ientaculum
9.00 -10.00: Seminaria (sessio prima)
10.10-11.10: Seminaria (sessio secunda)
11.10 -11.40: Pausa
11.40-12.40: Seminaria (sessio tertia)
13.00: Prandium



14.30 – Participes villam Aureliam in colle Ianiculo sitam petent

Seminaria: **FATA VOCANT:** *Civile vitae nostrae officium.*

Nec enim is solus rei publicae prodest, qui candidatos extrahit et tuetur reos et de pace belloque censet; sed qui iuventutem exhortatur, qui in tanta bonorum praeceptorum inopia virtutem insinuat animis, qui ad pecuniam luxuriamque cursu ruentes prensat ac retrahit et, si nihil aliud, certe moratur, in privato publicum negotium agit. (Sen. Tranq. anim. 3, 3)

15.30-16.30 – Seminaria (sessio quarta)

16.40-17.40 – Seminaria (sessio quinta)

17.40-18.10 – Pausa

18.10-19.10 – Seminaria (sessio sexta)

19.20-20.20 – Seminaria (sessio septima)

20.30 – Cena in villa Aurelia apponetur

22.00 – Participes ad Academiam *Vivarii novi* redibunt

Mercurii die XIV m. Iulii

8.00 - 8.45: Ientaculum

9.00 – Participes villam Estiensem Tibure sitam petent

Seminaria : **NVSQVAMIA:** *Ὁ τῆς οὐτοπίας τόπος in animis nostris constituendus.*

Fortassis in caelo exstat exemplar illi, qui intueri velit intuitusque semet ipsum condere. Nihil autem refert, sime alicubi aut futura sit: huius enim solius res geret, alius neutiquam. (Plato, Resp. 592b)

10.00-11.00: Seminaria (sessio prima)

11.00 -11.30: Pausa

11.30-12.30: Seminaria (sessio secunda)

12.40-13.40: Seminaria (sessio tertia)

13.40: Prandium in Villa Estiensi apponetur

16.30 – Participes villam Adrianam petent

17.00-19.30 –Villa Adriana lustrabitur

20.00 – Cena in sic dicto “Templo Sybillae” Tibure sito apponetur

22.30 – Participes ad Academiam *Vivarii novi* redibunt

Iovis die XV m. Iulii

8.00 - 8.45: Ientaculum

9.00 -10.00: Seminaria (sessio prima)

10.10-11.10: Seminaria (sessio secunda)

11.10 -11.40: Pausa

11.40-12.40: Seminaria (sessio tertia)

13.00: Prandium

14.30 – Participes Academiam Hispanicam petent

Seminaria: **SCRVTARI NOVVM PELAGVS:** *Commune humanae naturae fundamentum quaerendum.*

Cum hac persuasione vivendum est: 'non sum uni angulo natus, patria mea totus hic mundus est'. (Sen. Ep. ad Luc. 28, 4)



15.30-16.30 – Seminaria (sessio quarta)
16.40-17.40 – Seminari (sessio quinta)
17.40-18.10 – Pausa
18.10-19.10 – Seminaria (sessio sexta)
19.20-20.20 – Seminaria (sessio septima)
20.30: Cena in Academia Hispanica apponetur
21.30: Participes ad Academiam *Vivarum novi* redibunt

Veneris die XVI m. Iulii

8.00 - 8.45: Ientaculum
9.00 -10.00: Seminaria (sessio prima)
10.10-11.10: Seminaria (sessio secunda)
11.10 -11.40: Pausa
11.40-12.40: Seminaria (sessio tertia)
13.00: Prandium
14.30 – Participes villam a Miani nuncupatam petent

Seminaria : **VITAE, NON SCHOLAE:** *Iuvenes liberaliter ad humanitatem informandos, ut bonae litterae studiumque virtutis restituantur.*

Utinam tam claros praeceptores inducatis, ut in finitimis oppidis studia hinc petantur, utque nunc liberi vestri aliena in loca ita mox alieni in hunc locum confluant! (Plin. Ep. 4, 13, 9)

15.30-16.30 – Seminaria (sessio quarta)
16.40-17.40 – Seminaria (sessio quinta)
17.40-18.10 – Pausa
18.10-19.10 – Seminaria (sessio sexta)
19.20-20.20 – CONCLUSIO
20.30: Cena in villa a Miani nuncupata apponetur
21.30: Concentus edetur symphonicorum



INDICIA CONVENTVS

Quis de rebus ad seminaria pertinentibus docere possit

Sedes scribarum seminaria instrumentum

Academia c. n. *Vivarium Novum*, via *Corrado Barbagallo 20* – 00166 – ROMA (RM)

Telephoni numerus: +39 06 66 58 98 33

Telisographici instrumenti numerus: +39 06 61 00 72 66

Inscriptio electronica:

info@monumentaviaeque.eu

phratia.iuvenum@yahoo.com

Epistulas iis linguis scribere licebit quibus praeconia ceteraque documenta exarata sunt.

Retiales situs, qui adiri possunt:

www.monumentaviaeque.eu

philia.xf.cz/www

www.vivariumnovum.it

Quid in universum sciendum sit

De lingua seminariorum propria

Lingua seminariorum propria erit sermo Latinus.

De diplomatis quae testimonio sint aliquem seminariis interfuisse

Sub seminariorum finem omnibus qui nomine temperi dato interfuerunt diploma concedetur.

De nomine seminariis dando

Qui seminariis interesse volunt, ii per [schedam](#) in pagina nostra positam vel litteras, quibus omnia indicia necessaria contineantur, instrumento telisographico, cursu electronico publicove missas nomen dare possunt intra diem XXXI m. Maii a. MMX. Intra eundem diem solvatur oportet integrum pretium commorandi et participandi; cum enim cubacula sint in antecessum reservanda, si quis ultimo temporis puncto casu quodam impediatur quominus seminariorum particeps sit, ei pecunia soluta non reddetur.

Ei, qui nomen dare velit, erunt solvendi: XXX nummi Europaei.



Pretia

Cui pretia solvenda sint

Pecunia in computo cursuali Academiae c. n. *Vivarium Novum* collocari debet, qui est:

n. 11021839

IBAN: IT-14-R-07601-15100-000011021839; BIC: BPPIITRRXXX

Accademia *Vivarium Novum*,

contrada San Vito, 5, I-83048 Montella (AV)

POSTE ITALIANE - 06006 - P.zza degli Irpini - 83048 - MONTELLA (AV)

Quid de pretiis dicendum sit

Ut conventus noster ad illam hominum necessitudinem fovendam conformetur aptissime cum iis, quae summa humanistae sentiebant, congruentem, cumque hanc hominum omnium convenientiam atque conspirationem ii, qui haec seminaria instruenda suscipere, impense provehere studeant, beneficia pecuniaria concedentur iis, qui maioribus difficultatibus premantur.

Ut quis, ad deversandum in hospitibus propositis ab iis, qui seminaria instruxere, pretiis fruatur deminutis, necesse est eum:

1. mittere epistulam, qua beneficium petat, adiectis documentis, quibus comprobet qualis sit rei familiaris status;
2. cottidie acroasibus, seminariis ceterisque rebus omnibus, quae in ordine rerum agendarum numerantur, interesse.

Pro rei familiari condicione pretia imminuentur aut etiam beneficium erogabitur, quo totum pretium conventui solvendum compensetur.

Pretia in quae omnia conclusa et comprehensa sunt

Pretia includunt victum, habitationem in cubiculis pluribus lectis instructis (privatis adiectis balneis atque foricis), inde a nocte diei IX usque ad tempus matutinum diei XVII m. Iulii; pretium nominis conventui dandi; suppellectilem scriptoriam atque omnia ad acroases audiendas necessaria; aditus atque itinera ad musea, cimelarchia, loca visu digna quae [in rerum agendarum ordine](#) referuntur. NON includunt vero: potiones superadditas, alia itinera atque excursionses.

Iuvenibus (usque ad XXV aetatis annum):

290 nummi Europaei solvendi

Adultis (ultra XXV aetatis annum):

390 nummi Europaei solvendi



Ut quis, ad deversandum in hospitiiis propositis ab iis, qui seminaria instruxere, pretiis fruatur deminutis ac supra relatis, necesse est eum cottidie acroasibus, seminariis ceterisque rebus omnibus, quae in ordine rerum agendarum numerantur, interesse.

Pretia singulorum dierum

Pretia includunt: ientaculum, prandium, cenam et pernoctationem singulorum dierum.

Iuvenibus (usque ad XXV aetatis annum):

37 nummi Europaei solvendi

Adultis (ultra XXV aetatis annum):

49 nummi Europaei solvendi

Ad singula prandia vel singulas cenas:

Et iuvenibus et adultis:

16 nummi Europaei solvendi